Uiduam eius benedicens benedicam paupe
res eius saturabo panibus. Sacerdotes eius
induam salutari et sancti eius exultacione exulta
bunt. Illuc producam cornu david para
bo lucernam christo meo. Inimicos eius indu
am confusione super ipsum autem efflorebit sancti
Ecce quam bonum Ps. ficacio mea
et quam iocundum habitare fratres in unum
Sicut unguentum in capite quod descendit in
barbam barbam aaron Quod descendit in
oram vestimenti eius sicut ros hermon qui
descendit in montem syon Quoniam illic man
davit dominus benedictionem et vitam usque in seculum
Ecce nunc benedicite dominum omnes servi domini
Qui statis in domo domini in atriis domus
dei nostri In noctibus extollite manus vestras in
sancta et benedicite dominum Benedicat te dominus
ex syon qui fecit celum et terram Ps.
Laudate nomen domini laudate servi dominum
Qui statis in domo domini in atriis domus
dei nostri Laudate dominum quia bonus dominus psalli
te nomini eius quoniam suave Quoniam iacob elegit si
bi dominus israel in possessionem sibi Quia ego

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK LEIPZIG

License: cc-by – Leipzig, Universitätsbibliothek, Fragm. lat. 39a, 2v (2) – Psalterium
(https://fragmentarium.ms/view/page/F-de7f/131/2316)